

SZENCI MOLNÁR ALBERT ISMERETLEN LEVELE ÉS LATIN
ELÉGIÁJA

Johannes Piscator (1546—1625) 1584-től haláláig a teológia professzora volt Herbornban. Három Szenci Molnárhoz írott levele maradt fenn, s ezek közül kettőben hivatkozik Szenci hozzá intézett levelére.¹ Levelezését a gothai Forschungsbibliothek őrzi, s várható volt, hogy előkerülnek Szenci Molnár hozzá írott levelei, esetleg az a Psalteriumból előzetesen kinyomtatott mutatvány, amelyről Piscator a latin—magyar szótárhoz írott üdvözlőversében szólt.² A helyszínen némi csalódottsággal állapítottuk meg, hogy a várt levél-bokor helyett mindössze egy Szenci-levelet őriznek a gyűjteményben.³ Némileg kárpótolt, hogy a levélhez mellékelve Szencinek egy latin verse is található, saját kezű tisztázatban. — A levél szövege a következő:

Gratiam et pacem Christi, omnemque felicitatem precor ex animo.

In hac peregrinatione mea, et his Rerumpublicarum turbis, Piscator venerande, Domine et Praeceptor desideratissime, saepè intueor illud Ieremiae Prophetiae: [*Lapszélén*: Cap. X.] Novi Iehova non esse penes hominem viam ipsius, non esse penes virum ambulans vel dirigere gressum suum:⁴ Super istud intueor simul hanc piam considerationem tuam: Ghotselige Herten trawen nicht, mitt den gotlosen, auff ihre aigene weisheit, vnd krafft: sondern erinnern sich, dass solcher aller Ghott in seiner hand habe, etc. Vnde sapientissimus et Providus ille Iehova, quàm mirè et variè mea mutarit disposueritque proposita, partim ipse nosti Vir Clarissime! Absoluto votivo Lexico meo Vngarico quod tu eleganti epigrammate ornasti, sperabam me, in patriam, viatico subpeditato, revocatum iri. Miseram enim, antequàm in Caesaris Aulam proficiscerèr, Mercatori Vienensi 5. libros inauratos magnatibus distribuendos.⁵ A quo frequentibus literis meis Viennam missis, ne hoc quidem, an rectè libros per Vngariam curarit, explorare et resciscere potui. Redij huc mense Iunio, cum discipulis duobus, quos in Archipalatinatu versus Ratisponam per tempus bimestrè in nobili praedio suo institui. Parens horum vir pius est et eruditus, Sebaldu Stänzing,⁶ senex sexagenario major, Discipulus olim Argentinae magni illius Sturmij, Anno 1560. et 63. Nunc è patria Styria exul, viduatus uxore

¹ Szenci Molnár Albert naplója, levelezése és irományai. Kiad. Dézsi Lajos. Bp. 1898. 167, 208, 315. (E kiadványt a továbbiakban NLI rövidítéssel idézzük.) Szenci Molnárnak Piscatorral való sokoldalú kapcsolatait nem részletezzük.

² RMKT XVII/6, 403.

³ Jelzete: Chart. A. 130. fol. 219.

⁴ A bibliai helyet (Jer. X, 23.) alább Károli Gáspár fordításában adjuk.

⁵ Szenci Molnár a szótár előszavában is említi e fogadalmát. (RMKT XVII/6, 457.) Piscator üdvözlőverse kiadva: MLI 141. A Lazarus Henkel bécsi kereskedőnek küldött példányokról Szenci Naplójában is megemlékezik. (NLI 39.)

⁶ Sebaldu Stänzing többször is említették a Szenci-levelezésben; két Szencihez írott levele maradt fenn.

ante biennium. Ob numerosas prolem, ad rem valdè attentus; unde mihi ab ipso satis tenuè salarium. Atque hinc est vir Reverende quod ne hac quidem vice (m), debitum Domino Corvino, pro tuis operibus Biblicis, mittere possim.⁷ Mittam autem bona fidè, quam-primùm potero. Herus salarium pro semestri aestivo solvit mihi X fl. quos pro libris necessarijs exposui. Anno hoc elapso, spero nos hinc vel Marpurgum vel Heidelbergam ablegatum iri. Et si interim ex patria nullum contingat subsidium, nullaque vocationis spes; prospiciam, Deo juvante, prope vos de conditione quadam, aetati meae convententiore, interea tenui hac sorte contentus vivam, et sparabo [!] in Domino; qui providebit et faciet benè omnia.

Vulgus hujus Academiae nos odit et contemnit, propter religionem puriorem.⁸ Clarissimus Jurisconsultus Cunradus Rittershusius nobis favet unicè, stùdiaque nostra juvat humanissimè. Nuper in urbem vocatus erat visum Bibliothecam Bilibaldi, Pirkheimeri,⁹ ad heredibus hujus: Vnde plurimas clarissimorum virorum epistolas ad hunc Bilibaldum scriptas proprijs manibus, secum attulit relegendas. Inter has ostendit mihi plus 40 Erasmi; aliquot Zwinglij, Philippi, Oecolampadij, Mosellani, Hutteni, et aliorum, ex quibus quasdam descripsi mihi. Discipuli mei pro precibus matutinis legunt Biblia Tremmeliana cum scholijs.¹⁰ Vesperi Germanicè Tua legunt cum doctrinis. Quae me Deus bona quam delectant! Etsi Deus Principatum nostri Boczkai firmaverit, meque sub alas ejus recipere potero, versionem eorum aggrediar, et editionem svadebo. Est in convictu nostro studiosus, Jenà nuper huc profectus, qui ait, Piscatorem quendam professorem Jenensem, Animadversionem in hanc tuam versionem meditari.¹¹ Respondi ego, non deesse tibi (versi) vires refellendi tales invidiae machinationes, et quamvis tu forte indignas responso existimes, non defore tamen ex discipulis tuis qui libenter et solidè contendant ejusmodi confusio-nes. Ego tuas virtutes, (rumpantur ut ilia Codro)¹² defendere et famam depraedicare nunquam desinam, incrementum (q) et defensionem veram à Deo optimo Maximo precans. Caeterum quaeso Te Vir Eximie, ut meo quoque precatu, matures Indicium et Appendicum Biblicarum editionem, si nondum prodijt. Vtinam accedant etiam Psalmodiae Lobwasseri. Hisce diebus admonitu Domini Rittershusij, extorsi mihi Elegidion, quod mitto, cum Eidyllio Domini Remi, quem amo medullitus.¹³ Pragâ superiori semestri, per amicos literas dederat ad me Dominus Wacherus, antequam misissem Eidyllion hocce. Hortatur ut ejusmodi Paradoxa, ut Nihil Passeratij, Aliquid Coleri, quod ad me misit, Omnia Blansdorfij, Neminem Hutteni et Marcilij, collectum in unum corpus publici juris faciam.¹⁴ Conscripsi pleraque multa. Utinam Domino Corvino melioribus occupato, vacaret post Sphyngem¹⁵ quae omnibus placet, et mea collecta haec, rogatu aliorum, excudere mitterem. Ego omni occasione

⁷ Szenci a herborni nyomdász-kiadótól, Christoforus Corvinustól (aki később a Psalteriumot adta ki) Piscator bibliafordítását (Herborn 1604) rendelte meg; erről szól Piscator 1604. szept. 14-i levele is. (NLI 167.) A levél szélén ezt a helyet Piscator NB-vel megjelölte.

⁸ Az Altorfban ezidőtájt létező „elhajló” áramlatokról Keserű Bálint szólt a sárospataki Szenci Molnár-ülésszakon. Szenci Molnár szilárdan kitartott a „tisztább” kálvini irányzat mellett.

⁹ Willibald Pirkheimer (1470–1530) német humanista.

¹⁰ Immanuel Tremmelius és Franciscus Junius latin bibliafordítása a Károli-féle Bibliának is egyik alapja volt. (RMKT XVII/6, 467.)

¹¹ Petrus Piscator (1571–1611) Jénában előbb a héber nyelv, majd a teológia professzora. A levél szélére a címzett Piscator NB jelet tett.

¹² Vergilius-idézet. (Ecl. 7, 26.)

¹³ Valószínű, hogy Rem versének nyomtatott kiadását küldte el Szenci, ld. NLI 170.

¹⁴ E gyűjteménynek (Lusus poetici) csak egy hanau, 1614-i kiadását ismerjük, ahol Szenci Matheus Wacherus említett levelét is leköszölte. (NLI 173). Piscator ezt a helyet is NB-vel jelölte.

¹⁵ Johannes Heidfeld *Sphinx Theologico-philosophica* című kiadványáról van szó.

sciscitor de meo suavissimo et pientissimo Ernesto Nolde Livono; nihildum experiri possum, an adhuc apud vos est? Deus ipsi benedicat in aeternum. Bene et feliciter vale vir maxime et scriptioni huic praecepitatae ignosce. Altorfi. 26. Augusti. 1605.

Tui observantissimus
Albertus Molnar
Vngarus.

[Címzés:] Reverendo et Clarissimo viro Domino Joan. Piscatori, Sacrarum Literarum in illustri Schola Herbonensi Nassovica Professori Clarissimo, Domino et quondan praeceptoris suo optatissimo. [Idegen kézzel:] Zu Herborn.

*

Szilágyi János György szives segítségével készített magyar fordítása:

Krisztus kegyelmét és békéjét, és minden jószerencsét kívánok lelkemből.

Mostani bujdosásomban és az országoknak ezekben a zűrzavarában, tiszteltreméltó Piscator uram és kívánt tanítóm, gyakran eszembe ötlök Jeremiás prófétának ama mondása: Tudom uram, hogy az embernek uta nincsen az ő tulajdon hatalmában, sem az útonjárónak, hogy az ő maga lépését igazgassa. Ezen felül hasonlóképpen eszembe veszem ezt a kegyes gondolatodat: Az istenfélő szívek nem bíznak saját bölcsességükben és erejükben, miként az istentelenek, hanem emlékeznek arra, hogy mindez az Isten hatalmában van, stb. Nos, hogy ama legbölcsebb és előrelátó Jehova milyen csodálatosan és sokféleképpen változtatta meg és rendezte el szándékaimat, részben te magad is tudod, igen jeles férfiú! Miután befejeztem fogadalomból készített magyar szótáramat, amelyet te finom epigrammával ékesítettél, reméltem, hogy útiköltséggel támogatva haza fognak hívni. A bécsi kereskedőnek ugyanis, mielőtt a császári udvarba mentem volna, őt aranyozott kötetem küldtem, hogy a főuraknak ossza szét. Számos Bécsbe küldött levelemmel még azt sem voltam képes tőle kipuhatolni és megtudni, hogy vajjon jól gondoskodott-e a könyvekről Magyarországon. Júniusban tértem ide vissza, két tanítványommal, akiket az Archipalatinatusban, Regensburg felé, két hónapig tanítottam a nemesi birtokon. Apjuk a jámbor és tudós Sebaldus Stänzing, hatvan évnél idősebb öreg, régebben, 1560-ban és 63-ban Strassburgban ama nagy Sturmius tanítványa. Most hazájából, Styriából száműzve két éve megözvegyült. Számos gyermeke miatt ráhajt a pénzre, s ezért elég sovány a fizetésem. És ezért van az, tiszteltreméltó férfiú, hogy még ez alkalommal sem tudtam elküldeni az adósságot Corvinus úrnak, bibliai műveidért. De küldöm majd, jószerével, amilyen gyorsan csak tudom. Az úr a nyári szemeszterre 10 forint bért fizetett nekem, amelyet a szükséges könyvekre adtam ki. Remélem, hogy ennek az évnek elmúltával innen vagy Marburgba vagy Heidelbergbe küldenek. És ha közben hazulról semmilyen támogatás nem érkezik, és a meghívásnak semmi reménye, Isten segítségével nálátok keresek valamilyen megélhetést, amely koromnak jobban megfelel; addig is szűkös sorsommal megelégedve élek, és Istenben remélek, aki majd gondoskodik és mindent jól elrendez.

Az itteni egyetem népe gyűlöl és lenéz a tisztább vallás miatt. Egyedül az igen híres jogtanácsos, Cunradus Rittershusius fogja pártomat, és igen emberségesen segít tanulmányaimban. A minap a városba hívták Wilibald Pirckheimer örökösei, könyvtárának megtekintésére, ahonnan számos híres férfiúnak ehhez a Wilibaldhoz intézett saját kezű levelét elvitte, hogy átolvassa őket. Közütk mutatótt nekem több mint negyvenet Erasmostól, néhányat Zwinglitől, Philippustól, Oeolampadiustól Mosellanustól, Huttentól és másoktól, amelyek közül egyeseket lemásoltam magamnak. Tanítványaim reggeli imáknál a Tremmelius-féle magyarázatos bibliát olvassák. Este a tiédet olvassák németül, a tanulásokkal. Istenem, mennyire gyönyörködtetnek ezek engem! Ha az Isten a mi Bocskaink fejedelemségét megerősíti, és én szárnyai alá húzódnatok, fordításukhoz hozzákezek, és a kiadásra rábeszélem. Társaságunkban van egy Jénából a minap ide érkezett tanuló, aki azt állítja, hogy egy bizonyos Piscator, egy jénai professzor, azt tervezi, hogy hibáztasson ebben a fordításodban. Azt feleltem, hogy megvan az erőd ahhoz, hogy megcáfold az irigység efféle cselfogásait, és bár erősen méltatlanoknak tartod a válaszra, mégsem hiányoznának tanítványaid közül olyanok, akik készségesen és alaposan szétzúzzák az ilyesféle akadémikuskodásokat. Én erényeidet (pukkadjjon meg Codrus) megvédeni és híredet terjeszteni soha nem szűnök meg, gyarapodását és igazi védelmét Istentől kérve. Egyébként kérek, kiváló férfiú, hogy az én érdekében is, sietted a bibliai mutatók és függelékek kiadását, ha még nem jelentek meg. Bárcsak Lobwasser zoltárai is hozzájárulnának. Ezekben a napokban Rittershausen úr felszólítására kipréseltem magamból egy elégíát; elküldöm Rem úr idilliumával együtt, melyet szívemből szeretek. Prágában az elmúlt félévben Wacherus úr, barátai révén, levelet küldött nekem, mielőtt azt az idilliumot elküldtem volna. Biztat, hogy afféle paradoxonokat, mint Passarati *Semmi*-je, Colerus *Valami*-je, amelyet nekem elküldött, Blansdorfius *Minden*-je, Hutten és Marcilius *Senki*-je, egy kötetbe gyűjtve közzétegyem. Még sok mindent össze-

írtam. Bárcsak Corvinus úr, aki most jobbakkal van elfoglalva, ráérjen a Sphynx után, amely mindenkinek tetszik; akkor ezt a gyűjteményemet, mások kérésére, nyomtatásra elküldeném. Minden alkalommal kérdezősködöm a legkedvesebb és legkegyesebb Ernestus Nolderől, mégsem tudhatom meg, vajjon még nálatok van-e? Az Isten áldja meg mindörökké. Jól és szerencsésen élj, nagy férfiú; és ezért a hevenyészett írásért bocsáss meg.

A levélhez mellékelve van egy Janus Dusa halálára írt elégia. A híres leideni filológus és latin költő (1545—1604) nem tartozott Szenci Molnár személyes ismerősei közé. A verset Rittershausen felkérésére, talán valamilyen kiadvány számára írta. Mindenesetre gyarapítja Szenci Molnár latin verseinek a Régi Magyar Költők Tára VI. kötete 444—450. lapjain adott, kinosan hiányos¹⁶ gyűjteményét:

ALBERTI MOLNAR Vngari, Elegidion Ad Cl. D. Cunradum Rittershusium
Jurisconsultum de Obitu Jani Dusae P.
Ecce novum nostri dum secli pondero lustrum,
Terra mihi subito displicet, astra placent.
Iam tria lustra tuis Germania viximus oris,
Quorum hoc postremum per mihi triste meat.
Hujus principium, (quae passim vidimus ipsi)
Orbavit doctis multa lycea viris
Deinde mihi patriam bellum, crudele fatigat,
Vulcanusque ferox ustulat igne larem.
Sed nostri medium sanè est mihi flebile lustrum,
Cujus vulneribus nulla sat est lacryma.
Tristibus ut patriae Musis prodesse laboro,
Pannonicisque scholis Lexica condo nova:
En opere in medio Cyllenius advolat atrox,
Atque mei mortem nunciat ecce patris!
O dolor! ô lacrymae! semper mihi moestaque lux haec,
Quâ spoliât me trux Parca parente sene!
Desino ploratu, mea scribere Lexica pergo,
Atque operae fruetus spe nova damna levo.
Post ubi nostro operi Colophonem est addere tempus,
Inscriptumque librum Caesaris aula videt:
Vix patet accessus. (mens spe frustrata fuisset,
Ni mihi Wacheri Musa tulisset opem:)
Commoror, expectans pro munere regia dona;
Plurima sic video comperioque nova.
Rasa cohors patriae nostrae mala quaeque minatur,
Et mihi, ni mutem relligionis iter.
Talia quando meas aures sine lege fatigant,
Conqueror, ac summo fundito vota Deo.
Stella nova exoritur, sequitur mox iste tumultus,
Qui natale solum concutit usque meum.
Hinc illae lacrimae mihi sunt gemitusque frequentes,
Inde novi lustrum tristia fata queror!
Verùm tristibus his, heu, finis amarior adstat!
Ex Helicone ferit sidera triste melos.

¹⁶ Kimaradt ugyanis Szenci Molnár leghosszabb latin verse, a *Conspiratio Kendiana* fordítása. (Vö. RMKT XVII/1, 629.)

Norica lamentant pullatâ veste Lycaea
Flebilibusque modis quaeque Camoena gemit:
Singultus iterant, gemina sic voce querentes:
Scherbius occubuit, Scherbius occubuit!
Sed Rittershusi duplicat mihi Musa dolores,
Dum Batavi DUSAE fata suprema dolet:
Luctifera ô Lachesis, trux Atropos, improba Clotho,
O infesta nimis numina, terricolis!
Siccine proripitis clarissima lumina terris?
Stinguentes rutilos Palladis arte viros
Invida Parca Cato debebas parcere DUSAE,
Vnde tibi Parcae nomina vera forent.
DVSA fuit Batavae gentis praeclara columna,
Musarumque decus nobile DVSA fuit.
Hic paterat veteris res gestas promere mundi,
Noverat hic priscos emaculare libros.
Noverat hic doctis Epigrammata scribere metris
Atque gravi norat spargere scripta sale.
Huic erat infractum per Martis praelia robur,
Mens fuit in dictis consiliisque potens.
Plurima virtutum cum sic monumenta relinquat
Atropos haud potis est haec resecare viri.
Haec tibi nota loquor, Rittershusi, ergo dolori
Pone cito finem, flebile pone melos.
Altorfij.

[Kivül:] Conquestio Alberti Molnar Vngari ad Cl. V. Cunradum Rittershusium Jurisconsultum Illustris Viri Jani Dusae Norduici Tumulum Elegijs suis adornantem.